

## VI. In æternum.

1. Æternitas regni Christi ita debet intelligi, quod *ipsa* quidem *potestas* & *majestas* in perpetuum sit duratura, *modus* tamen regiminis *immutandus*; siquidem non aget per verbum & sacramenta, ut hodiè, hoc enim tradet Patri.
2. Non verò tradit illud Patri *per actum depositionis*, quoniam non penitus id ipsum deponet: sed *per actum propositionis*. Tradet id quasi ad lustrationem DEi Patris & sequetur quis actus Criticus DEI Patris.

## CONFIRMATIO

Psalm. CX.

1 נאם יהוה לאדני שב לימיני עד-אשירי איביך  
 2 הרים לרגליך: 2 מטרה עזך ישלח יהוה מציון ררה  
 3 עמך נרבת ביום חילך בהררי-קדש  
 4 מרחם משחר לך טר ילדתיך: 5 אדני של ימנך מחץ  
 6 ביום-אפו מלכים: 7 מנחל בדרך ישתה על-כן  
 8 ירים ראש:

v. 1. Dictam JEHOVÆ ad Dominum meum: Sede ad dextram meam: usque dum posuero inimicos Tuos scabellum pedum tuorum. 2. Sceptum roboris Tui mittet JEHOVAH è Zijone, (*dicens:*) Dominare in medio inimicorum Tuorum. 3. Populus Tuus (*populus erit*) promptitudinum in die fortitudinis Tuæ in honoribus sanctitatis: ex utero auroræ Tibi ros juventutis Tuæ. 5. ADONAI ad dextram Tuam, (*qui est,*) percussit in die iræ suæ Reges. 7. E flumine (torrente) in viâ bibet: propterea exaltabit caput.

Lutherus Tom. VII. Jen. Germ. f. 305. dicit rectè: Das ist der rechte hohe Haupt-Psalme von unserm lieben Herrn Jesu Christo gemacht / darinn beyde seine Person / wer Er sey / nemlich beyde Davids verheissener Sohn nach dem Fleisch / und Gottes ewiger Sohn / dazu ein ewiger König und Priester / und seine Auferstehung / Himmelfahrt und ganzes Reich / so klar und gewaltig beschrieben wird / daß desgleichen nirgend in der Schrift des Alten Testaments zu lesen ist.

Habe-